

28.

P(oppo) und [Meinhard] an den Bischof G(unther): berichten über die Verhandlungen, die sie im Namen des Bischofs mit dem königlichen Hofe führen, raten zu einer direkten Gesandtschaft an den Hof nach Augsburg und fügen weitere Nachrichten hinzu. (1064 Januar—Februar.)

Cod. Paris. lat. 2903 fol. 57.

Domno dilectissimo G. P. decanus [M.]^a sui.

Frater Mimannus de curia reversus attulit nobis archiepiscopum Coloniensem omnino egre accepisse legationem illam^b de Petins, per quam interceptum est statutum illud et edictum, quod Wirti ante regem regisque primates omnes convenerant.¹ Ipse vero Premensis in hanc vobis sententiam mandat se vereri, ne id factum consiliumque suum aliorum accipiatis duriusque interpretemini, quam ipse senserit aut intenderit. Sed cum verissime sibi compertum fuerit, si vos predium vindicassetis², fore ut totum episcopium vestrum quacumque situm facibus illius furie³, quas illa non pice, sed pecunia illiverat, in flammis cineresque certo die evanesceret, satius sibi visum fuisse causam, in qua aut nichil aut non ita multum vestro iuri decederet, paululum quid differre quam vos differri et disperire. Verum quod nichil in vos dolo malo, nichil aliena gratia in ea refecerit, id vero stola sua, vel si quid probabilius sanctiusque^c fieri potest, pernegaturum affirmat. Uterque vero archiepiscopus iniquo animo patitur, quod vos Triburiam non venistis.⁴ Tum nos legationem conflavimus, cuius hec summa est: in primis ut absentia vestra excusetur, deinde ut pro vobis quibuscumque et quomodocumque pro tempore suggeratur, tum etiam ut, quicquid actum fuerit, purum et sincerum vobis litterarum quasi poculis offeratur. Necessarium ergo factu videtur, ut legatum idoneum et curie experientem, ad hoc vestri studiosum cum multa mandatorum diligentia Augustam^{d 5} mit-

28. ^a) die *Ergänzung* wird durch den Plural sui und das mehrfache nos des Textes gefordert. ^b) illa c. ^c) sanciusque c. ^d) angustam c.

¹) Diese Stelle weiß ich nicht zu deuten. ²) Es scheint sich um die damals in Verlust geratenen Bamberger Eigentumsrechte auf das Kloster Bergen zu handeln, vgl. n. 5. ³) Kaiserin Agnes, vgl. H 70 (Sud. 2, 9). ⁴) Der Hof hielt sich im Januar 1064 in Tribur auf, vgl. MEYER VON KNONAU 1, 368 f. ⁵) Der Hof war Anfang Februar 1064 in Augsburg, MEYER VON KNONAU 1, 370.